





I. N. D. N. J. C.  
DISPUTATIO JURIDICA

INAUGURALIS 1658, 2

CONTINENS

SEMICENTURIAM

QUÆSTIONUM SELE-

CTARUM, EX JURE DIVINO,

NATURALI, CANONICO, CIVILI,

FEUDALI, ET PUBLICO DESUMPTAM, *Dis. xx*

QUAM

DIVINA ASPIRANTE GRATIA

EX DECRETO ET AUTHORITY

MAGNIFICI, ET NOBILISSIMI

CONSULTORUM ORDINIS IN PERVETUSTA

AC FAMIGERATISSIMA ACADEMIA HEIDELBERGENSI

SUB PATROCINIO

DN. HENRICI DAVIDIS

CHUNONIS,

JURIUM DOCTORIS AC PROFESSORIS

PRIMARI, CELEBERRIMI ACADEMIÆ PRO-

CANCELLARI, PATRONI ATQUE PROMOTORIS

SUI HONORANDI,

PRO

OBTINENDIS SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS,

PRIVILEGIIS, AC INSIGNIBVS DOCTORALIBUS,

Publicæ censuræ, ac omnium Examini, in Auditorio Ictorum subicit,

Ad diem Ianuar.

LUDOVICUS REINHARDUS HEDINGERUS,

BÖNNIGHEIMENSIS ZABERGOICUS.

HEIDELBERGÆ,

Typis ÆGIDII WALTERI Acad. Typogr. Anno M. DC. LVIII.

*Car. J. Vero. Inc.*  
*Ch. L. H. H.*

91.

23

DISPUTATIO JURIDICA  
IN AUCTORITATE  
CONTINENS  
SEMIGENITURIAM  
QUESTIONUM SEPT  
ETARUM, EX JURE DIVINO  
NATURALI, CANONICO, CIVILI,  
FIDELI, ET PUBLICO DESUMPTAM,  
O. H. A. M. T.  
DIVINA ASSISTENTE GRATIA  
EX DECRETO ET AUTHORITY  
MAGNIFICI ET VOBILISSIMI  
CONSILIARII ORDINIS AC PRAESIDENTIS  
AC CANCELLARII ACADEMIAE HEDINGERENSIS  
SUB PRAESIDENTIO  
D. N. HENRICI DAVIDIS  
CHRONIS,  
JURIS DOCTORIS AC PROFESSORIS  
PRIMARI, CANCELLARI ACADEMIAE PRO-  
CANCELLARI, PATRONI AQUE PROMOTORIS  
SUI HONORANDI,  
OBTINENDIS SUMMIS IN HONORE JURE HONORIBUS  
PRAELEGIS, AC INSIGNIIS DOCTORALIBUS,  
Publice conferre ac omnium Examinis in Auditorio Communi subijci,  
Ad diem Januarius.  
LUDOVICUS REINHARDUS HEDINGERUS,  
BONINGENSIS, EXERCITANS.  
H. A. L. D. B. E. R. G.  
Typis A. G. I. J. WALTERI Aed. Typogr. Anno M. DC. LVIII.





IN

NOMINE SACROSANCTÆ ET INDIVIDUÆ TRINITATIS ad OMNES ACTUS l. 2. C. de offic. præfect. prætor. Nov. 17. 43. 134. 139. causa 1. q. 1. cap. cum Paulus ad Colos. c. 3. v. 17. Et ad præsens DISPUTATIONIS nostræ INAUGURALIS initium, rectè progredimur,

THESIS I.

**D**ieue Bürsch / est locus, ubi omnibus libera venandi potestas concessa est, qualis est locus, ex una parte Oppidi Tubingensis, sed quæstionis est, an Subditus, vel alius quispiam Cervum, vel Feram aliquam, quam in tali loco, in der freyen Bürsch / investigare, & venari cœperat, etiam in vicinam Sylvam, vel alium locum, usque, da die freye Bürsch sich geendet / persequi, ibidemque capere, & impunè occupare possit, & non posse verius videtur, cum Noe Meurer, in tr. vom Jag: vnd Forstrecht / part. 2. tit. wie man das Wildt jagen soll.

II.

Hic non incommodè quaritur, an Oppida Ducatus, vel aliorum

A

rum



2  
rum Imperii statuum, Jurisdictione Ordinaria, ac mixto, & mero Imperio gaudeant? & quamvis quidam sint, qui existiment, ipsis nec simplicem, quidem & ordinariam Jurisdictionem competere, Ego tamen secundum *Bartol. in l. 1. in fin. ff. de damno infect. & consil. 189. Decian. consil. 197. n. 3. pr. Bocer. d. Jurisd. cap. 8. n. 90. 95.* plerasque Civitates, Principibus Imperii, & aliis Statibus subjectas, habere Jurisdictionem, proindeque, & mixtum Imperium, quod jurisdictioni cohaeret, assero, non quidem proprio, vel Magistratus Municipalis Jure, & principaliter, sed ex accedente re, justici alicujus tituli nomine, puta Donationis, Emptionis, Privilegii, Consuetudinis.

### III.

Merum Imperium, der Blutbahn / oder hohe Obrigkeit / non tribuit Jus Subjectionis, sed versatur tantum circa Criminalia. *l. 103. ff. d. V. S. l. 2. l. 28. ff. d. poen. l. 3. ff. de Jurisd. Peinliche oder Halsgerichte / Centgerichte / Blutbahn / Fraiß / Hochgerichte / quo pertinent alle Sachen / so Haut vnd Haar angehen / vnd Leibs, vnd Lebens Straffe auff sich haben. Guilelm. Bockel. tract. d. publ. iudic. in proloq. unde æquivoce tantum Subditus respectu Meri Imperii quis dicitur, Assess. apud Andr. Gylman. symphor. tom. 1. part. 1. th. 3. col. 1. d. relig. & à mero Imperio, ad mixtum arguere, ne quis olim potuit, nec hodie jure potest, Goden. consil. 39. n. 23. Thom. Michael. d. Jurisd. thes. 86. lit. A. & B.*

### IV.

Non esse sciendum in eos, qui illicitè fuerint venati, docet *Arnis. de Majest. lib. 3. cap. 4. num. 3. & Jus Saxon. vetat poenam corporis irrogare lib. 2. art. 6. Landr. Da Gott den Menschen schuff / gab er ihme Gewalt / über Bögel Fisch / vnd alle wilde Thier / darumb haben wir daß ein Bründt von Gott / daß niemand sein Leben an diesen drehen verwircken kan / ex qua constitutione Thomingius, & alii colligunt, Constit. Saxon. consult. p. 4. cap. 8. per tot. nunquam fas esse Judici, talia delicta gravius, quam exilio punire, Sotto de I. & I. lib. 4. quest. 6. art. 4. Gail. lib. 2. obs. 68. n. 10. Ego tamen si ex proæresi multiplicentur delicta, aut ad venationem accesserit animus lædendi alterum, poenam corporis infligi posse, puto *l. 28. §. 3. ff. de poen. Farinac. quest. Crim. quest. 23. n. 2. Fachin. lib. 1. controvers. cap. 1. imprimis ubi nulla spes, quod delinquens animum sit mutaturus, super: & pertinax contemp-**

ptus

ptus, Ordinarii Magistratus adsit, ut in furto rectè puniatur, latè Be-  
sold. in thes. pract.

V.

Imperatorum Mundi Dominum esse, de jure Civili certum  
est, l. 9. ibi: Ego quidem Mundi Dominus ff. ad L. Rhod. de jact. Nov. 105. c. 2.  
l. 6. §. 2. ibi: universo orbi. ff. de Excusat. Luc. cap. 2. vers. 1. ubi exiit  
Decretum à Casare, ut totus Mundus censeretur, at census solutio, est sub-  
jectionis probatio, Bald. in l. 6. §. ult. ff. de off. procons. causa. 11. q. 1. cap.  
magnum. Bodin. de Republ. lib. 1. cap. 10. & arguit quasi possessionem ju-  
risdictionis, cap. licet causam. de probat. Ego tamen per Synecdochen  
hoc dici, & partis orbis terrarum tantum, hinc illæ lachrymæ Reichs-  
Abschied zu Trier / vnd Cölln / de Anno 1512. ibi: Das Reich ist in  
merckliches Abnehmen kommen / vnd ist viel vom Reich enzoogen wor-  
den / & ita restrictione ad Rom. Imperium, Imperatorem Dominum  
dico, non ratione rerum singularium, sed respectu universi, non pri-  
vato moderamine, sed publica tutela, non ad quæstum & lucrum  
suum, sed pro utilitate Imperii procuranda, l. 32. C. de appellat. non se-  
cundum privati arbitrii libidinem, sed secundum legem, ordinem &  
præscriptum, l. 9. d. ll. l. 1. pr. C. de Summ Trinit. non usu, sed utendi  
potestate, si Reipublicæ flagitet utilitas & necessitas, Gail. lib. 2. obs.  
56. non ad expilationem, sed Reipublicæ sustentationem, cap. 1. pr. de  
concept. Ezech. c. 46. v. 18. Cluten. syllog. rer. quotid. thes. 9.

VI.

Quilibet fert suum delictum, l. 26. ff. d. pæn. l. 155. d. R. I. & cui-  
que suum nocere debet l. 25. §. 2. fin. ff. ad Scñum Trebell. l. 5. §. 5. ff. de ope-  
ris nov. nunciat. iniquum eum luere pænã, quem nullum contin-  
git culpa l. 7. ff. de bon. damnat l. 22. 26. C. de pæn. Deuter. c. 24. v. 16.  
Ezech. c. 18. v. 20. Dist. 56. cap. 6. hoc tamen singulare est in Crimine Læsæ  
Majestatis, adversus Imperatorem, & S. Rom. Imperii Electores, qui  
membra, & partes corporis Cæsarei sunt, quorum humeris Imperii  
Celsitudo committitur, quorumque Collegium Basis est & Funda-  
mentum. Aur. Bull. tit. 24. Dann es ist ja der Ehurfürsten Hoheit vnd  
Autorität mit des Römischen Kaysers Gewalt / dermassen verbunden /  
dass eine ohne die andere / nicht bestehen / noch geschmälet werden mag.  
Carpz. pr. Cr. p. 1. q. 41. n. 64. Dann Sie / als die edelste Seulen / hel-  
fen den heiligen Saw / der fürsichtigen Weisheit / mit embfziger Gürtig-

feit vnderhalten / *A. B. tit. 3. pr. mit welcher Hülf / der Gewalt Kayserslicher Majestät gestärckt wird / Cluten. syllog. rer. quotid. thes. 24. ided non immeritò membra Capiti proximiora vocantur A. B. tit. 2. §. vnd wiewol vor Alters / supremi Patres & Senatores, Hortl. in Reichshandlung lib. 1. c. 37. n. 511. Reink. de Reg. Sec. Eccles. lib. 1. class. 4. c. 2. n. 1. 2. 3. 4. & hujus atrocissimi delicti autores, non solum puniuntur, sed & eorum filii infamia notantur, ab omnibus honoribus arcentur, ut post *Arcad. & Honor. l. 1. §. 1. C. ad l. Iul. Majest. l. 1. §. 3. ff. de suis & legit. hered. expresse sancitum à Carol. IV. in A. B. tit. 24. ante med. pr. ibi ihre Kinder aber sollen. ut vita ipsis sit supplicium, & mors solatium.**

## VII.

Invitus nemo ad religionem recipiendam, & servandam compellitur, *cap. 3. de Baptism. ea enim imperari non potest, cum nihil ea magis sit Voluntarium Dist. 44. c. 1. dist. 45. c. 3. Gothofr. ad l. ult. §. 2. C. d. Iudais, causa. 23. q. 5. cap. 33. & nihil absurdus, quam fidem in anima, quæ Spiritus est, cogere velle, cum assensus, quæ fidei pars est, sit actus, à Voluntate elicitus, quis enim imponat mihi, inquit, Lactant. necessitatem vel credendi, quod nolim, vel quod velim, non credendi, Carpz. pr. Cr. p. 1. q. 44. num. 33. seq. ided nihil temerè in hoc negotio movendum est, non plus, quam in Oculi pupilla, fides suadenda, non imperanda est, Conscientiarum enim debet esse libertas, Reichs Abschied de Ann 1544 1548. 1555. §. setzen demnach / §. vnd damit solcher / §. damit auch Obberhürte vers. so soll die Christliche / Nov. 6. pr. Sua enim cuique fides suus Deus est, hinc *Christ. Henric. 3. Franc. & Polon. Rex. ultimo suo Elogio edixit, la pietè est un devoir de L'homme, envers Dieu, sur laquelle, bras de la chair, n'a point de puissance, & Rex Navarr. Errat, ita me Deus amet, & res ipsa reclamat, si quis credat, vi ac armis, aliud à nobis extorqueri posse, & anima soli Deo, qui vitam dedit, subjacet, Hinc Gold. ist. rom. 1. Religionsfachen wollen mit dem Schwerdt nicht außgerichtet vnd gehandelt seyn / & sanctè Philip. pus Hassie Landgravius, ad Elect. Saxon. scripsit: Wir sollen nicht auff vns sehen / sondern vielmehr auff vnser Christen / daß es denen nicht übel gehe / vnd ob sie vielleicht in einem Articul irren / sie doch deswegen nicht auff die Fleischbanck gelieferet werden.**

## VIII.

Minus rectè faciunt Matres, nutritionis officium, extra casum



sum necessitatis, aliis deferentes, dum existimant, dedecori sibi esse,  
 si ipsæ hoc munus subeant, at cuinam quæso Mulieri dedecori esse  
 potest, lactare eum, quem ex propriis visceribus eduxit, novemque  
 integris Mensibus, plus, minusve, in penitissimis, abditissimis, uteri  
 Recessibus, proprio sanguine aluit, *Cicer. in Orat. pro Dom.* Est enim hoc  
 contra naturam peperisse, ac statim à se abjecisse, aluisse in utero, san-  
 guine suo nescio quid, quod non videret alere lacte suo, quod lucu-  
 lenter satis prohibet, Jus Civile, *in l. pen. ibique Gothofr. C. de pot. potest.*  
 eum matrem ad triennium usque prolem suam lactare jubet; *loh. Ca-*  
*sum lib. 7. pol. c. 17.* anne putas naturam fœminis Mammaram hube-  
 ra, quasi quosdam nævulos venustiores non liberorum alendorum,  
 sed ornandi pectoris causa dedisse, sua igitur quemque Mater uberibus  
 alat, neque permittat, nisi in casu infirmitatis, nutritionis officium,  
 cuidam vetulæ, ne cum lacte illo adulterino exsucto mores illius, qui  
 plerunque in deterius vergunt, infans imbibat, atque ita ab avita pro-  
 genitorum virtute degeneret, *Dann was von Huren sauget / das ist*  
*zu Huren geneiget / Henric. Hænon. ad R. lur. p. m. 31. 32. Steph Guazzus.*  
*d. Civil. convers. lib. 3. Gell. noct. A. lib. 12. c. 1. Cujac. lib. 19. obs. ult. Surd.*  
*de alim. tit. 1 q. 14. Tholos. lib. 14. d. Resp. c. 4. Tiraq. de Nobilit. c. 20. n. 78.*  
*cum mult. seq. usque ad n. 93. Kübach. cent. 2. ll. quest. decur. 3. q. 9. sed*  
*cum se detinere nolunt, despiciunt lactare quos gignunt, dist. 5 cap. 4.*  
*Majol. dier. Canil. p. 176. & tribus seq.*

IX.

Quando castigatur, qui diligitur, tunc circa eum pietas exer-  
 cetur, habet enim & amor plagas suas, quæ dulciores sunt, cum ama-  
 rissimè inferuntur *causa. 5. q. 5. c. 3. proverb. Salom. c. 3. v. 11. 12. Syrach.*  
*c. 30. pr.* hinc indubitatum est, Maritos uxores castigare posse, quam-  
 vis ut *Cato dicebat, teste Plutarch. in ejus vita*, uxores verberantes, in  
 Deorum templa manus inferre, & *Chrysostomus*, qui nullum tam ma-  
 gnum peccatum esse dicebat, quod virum ad verberandum uxorem  
 compellat, & idè pro Impiis habendi, majorique laude dignum.  
 Cato putet eum, qui se bonum maritum exhibet, quam qui in ordine  
 Senatorum, magnus habetur, attamen cum & uxores non desint, quæ  
 maritos verberant, & viris dominantur, ut inquit *Cynus in l. 2. C. de*  
*testibus.* Certe si hoc Imperium, hancque injuriam mariti non repel-  
 lerent, ac referent, vecordes ac viles hominis nomine indigni essent.

A 3

eosque

6

eosque maritellos vocat Bald. in l. Curatorem C. de interdict. matrimon. quod tamen de moderata verborum & non verberum castigatione accipi: l. 24. §. 5. ff. sol. matrim. & hoc ab omnibus considerari velim, mulieres non ex pedibus desumptas, ut pedibus conculcentur, sed ex latere: ut intimo corde amentur, Arnif. polit. p. m. 106 & ex costa Adæ factas, ita ut nec sint famulæ, nec Dominae, sed medium quoddam & sociæ mariti perpetuæ, causa 30. q. 5. cap. qualis l. 1. ff. de R. Nupt. l. advers. C. de Crim. expil. hered. Vult. 1. Consil. Marpurg. 30. num. 74. quamvis hodiè nihil ferè usitatus sit maritis, quam uxores suas malè verberibus mulctare, & manicipiorum instar sæpius tyrannice tractare, quod optimo sibi jure licitum existimant, & sub specie maritalis potestatis pessimè defendunt. Sed cum verus amor extinguatur, odii & dissidii spargantur semina, & omnia rixis & contentionibus impleantur, ipsæq; mulieres ex eo sæpè evadant multò deteriores, ut inquit illa, si feriendo novem ejicies cacodæmones ex me, verberibus reddes, incutiesque decem, idè verba cause 33. q. 5. cap. 15. Nov. 117. c. 14. non ita crassè accipienda, sed potius cum temperamento, & Civili modo, quia etiam eis utile quoddam dominium concedendum, modo recognoscant superiorem, & directum Dominum, puta maritum, quare si vellet ea tale utile Dominium sibi arripere, quod non solum non recognosceret directum Dominum, imò illi contrariaretur, arg. l. 17. §. 1. ff. de acquir. vel amitt. poss. tum consilium ex Arnif. qui ductus ratione dist. 30. c. 2. putat, idè relictas esse fœminis crines, ut viri invenirent in illis, quo traherentur ad obedientiam, illi capere possunt, qui ejusmodi Gallinas cantantes habent, hinc Itali, Donne buona vale una Corona.

X.

Consensus parentum in Nuptiis, tam de jure Civili, l. 15. ff. de condict. instit. l. 24. d. R. Nupt. Divino. Exod. 22. 1. ad Cor. 7. Canonico causa 30. q. 5. cap. non omnis, & multis textibus requiritur, Alb. Gentil. lib. 4. de nupt. c. 3. & lib. 2. c. 13. Hotom. 1. amic. respons. 3. Duaren. de Nupt. c. 2.

XI.

Non ipsi solum Carnifices ferè pro infamibus habentur, sed etiam filii eorum, nec quis filias ducere potest, absq; ignominie nota, qui cum carnifice edit, bibit, vel conversatur, Hahn. ad tit. d. his qui not.

7

*not. infam. thes. 2.* Censoria leges, & foro, & cælo, & spirita urbis  
carnifici interdicunt, moreretur prius acerbissima morte *Gracchus*, quam  
in ejus concione carnifex consisteret, *Cicero Proconsul. Rabirio*, sed nimis  
Ethnicè de carnifice sentit *Cicero*, nobis Christianis inquit *Damboud.*  
*pr. Cr. cap. 153. n. 11.* longè aliam mentem de hoc Magistratus officio  
esse convenit, qui non ignoramus, injustis hanc legem esse positam,  
& hanc politicam Juris partem, ad Gloriam Dei, & Reipublicæ tran-  
quillitatem spectare, & Carnificis officium esse valdè necessarium, qui  
exercendo officium suum nihil peccat, sed Justitiæ Minister est, non  
suorum affectuum, *causa. 23. q. 5. c. 18.* qui propterea est criminis per-  
secutor, ut sit hominis liberator, Darumb ist Meister Hansß ein sehr  
nuzer / vnd darzu barmherziger Mann / dann er stewart dem Schalck /  
daß er es nicht mehr thue / vnd wehret dem andern / daß sie es nicht nach-  
thun / dann für ihnen schlägt er den Kopf ab / den andern hinter ihnen  
dräwet er / daß sie sich fürchten für dem Schwerde / vnd Friede halten.  
*Luther. in postill. Eccles. super Evang. Dom. 4. post Trinit.*

## XII.

De Donatione Constantini Magni hic quærimus, an facta, &  
si facta, jure subsistat, quod utrumque negamus, quia nullum in toto  
Jure Civili extat Donationis vestigium, cum tamen *JCulti* monent,  
ea quæ notabiliter fiunt, specialiter notanda sint, *l. 15. §. 2. de injur.*  
*Cacheran. decis. 23. num. 43.* quod autem verisimile non est, nec pro-  
babile censetur, *l. 13. de probationib.* hinc *Lutherus tom. 1. lenens.* Es muß  
ein besonder Straff von Gott gewesen seyn / daß so viel verständige Leu-  
the sich haben lassen bereden solche Lügen auffzunehmen / so sie doch so gar  
grob vnd vnbehend seyn / daß mich düncket / es solte ein trunckener  
Bawer behender vnd geschickter können lügen / cum Imperator hoc jus  
in Papam transferre non potuerit, nec enim licet Imperatori, aut cui-  
quam pietatem custodienti, aliquid contra divina mandata præsume-  
re, *dist. 10. cap. non licet.* quippè cum Imperium non sit in marsupio  
Principis, *Bald. in cap. intellecto de Iurejur.* ita ut ejus jura pessundare, &  
instar pecuniæ, per fenestram ejaculari liceat, neque fas est Regibus,  
Regni bona donando, graviter lædere coronam, jura siquidem pro-  
prietatis, & universalis Domini, non ad Principem, sed ad ipsum Im-  
perii corpus pertinent, *Reinking. de Regim. Sec. Eccles. lib. 1. class. 2. cap. 8.*

per

per tot. Bodin. de Republ. p. m. 221. & Hotton. quest. illustr. 1. Sprenger. de  
modern. Imperio. p. m. 19, & seq.

XIII.

Sacerdotes apertis non erubescant canere tibiis, errores palam  
aspernari, & Lupum suo nomine vocare, *Esaï. c. 58.* hinc latratu ca-  
num, & baculo Pastorum lupi sunt arcendi *dist. 43. pr.* nihil enim per-  
niciosius, quam lupis placere, ad ovium perniciem, neque pastoralis  
est Executio, si lupus oves comedat, talis enim correctio, species est  
Elemosynæ, *dist. 45. cap. 11.* & certè multa bona præstantur in vitis,  
quando eorum consulitur utilitati, non voluntati, quia sibi ipsis inve-  
niuntur esse inimici, *d. dist. 45. cap. 11.* ab hac enim correctione pen-  
det, obedientia erga Magistratum, pietas in parentes, charitas in sin-  
gulos, cujus negligentiam virtutum interitus, & pestis reipublicæ se-  
quitur, Reichs Abschied zu Regensburg de Anno 1532. rubr. Concilium  
beirreffend ibi: Daneben erfolgen würde / daß alle Zucht / Ehr / Ge-  
horsamb / vnd andere gute Tugend / in Geistlichem vnd Wellichem/  
waren doch alle zeitlich & vnd ewige Wohlfart hanger / Reichs Abschied  
zu Augspurg de Anno 1566. §. wie wol wir nun; gänglich fallen würde /  
Caveant autem hanc autoritatem, monendi, corripiendi, ex privato  
affectu, aut calumniandi libidine, sumant sed potiùs moderatæ pieta-  
tis Zelo exerceant, & à seditiosis vocibus, per quas populus, adversus  
Magistratum incitatur, abstineant, constitutio hac de re extat im  
Reichs Abschied de Anno 1530. §. wir haben / vers. die Prediger sollen sich  
mit ihren Predigen vnserm Abschied Gemäß halten / & Reichs Abschied  
de Anno 1592. §. damit aber vnder den Gemeinen. Horled. im Rhandl.  
*lib. 1. n. 19, Carpzov. I. P. F. lib. 1. t. 5. def. 66. 67. & lib. 3. t. 9. per totum.*  
& secularibus se non immisceant, *dist. 20. c. 8. causa. 16. q. 1. cap. sunt  
nonnulli, vers. neque enim, causa. 21. q. 3. cap. credo,* hinc cum sacerdos  
*Abiathar.* terminos officii Ecclesiastici transiliret, seque secularibus im-  
miscere vellet, à Rege Salomone deponeretur, & ad suum agrum *Ana-  
thor* relegeretur, & cum sint *Dii. cap. 14. §. licet. de heret. Angeli,  
causa. 11. q. 1. cap. Sacerdotibus* ideo audiendi, venerandi, timendi, non  
respuendi, nec dilacerandi, *causa. 6. q. 1. cap. Sacerdotes,* & cum operarius  
dignus sit mercede sua, & qui Altari servit, ab eo sustentari debeat,  
quis enim pascet gregem, & de lacte ejus non comedet *1. ad Corinth.  
c. 9. l. 12. §. 2. C. de SS. Eccles.* ideo ex debito quodam honestatis, propter  
obligatio-

obligationem remunerationis, æquum erit, & iis lege gratitudinis retribuamus carnalia, qui potestati Christianæ, æquè ac privatis spiritualia bona metiuntur- *Reinking. d. Reg. Sec. Eccles. lib. 3. class. 1. cap. 8. de sustent. Ministror.*

XIV.

Professor in Academia ex publico, salarium habens, per substitutum legere non potest, licet aliqui in eo limitent, qui parcm Eru-  
ditionis opinionem & commendationem apud omnes habet, *Iason. in l. 1. n. 79. ff. de offic. ejus cui mand. est Jurisd.* Ego tamen substitutum sic admittendum esse puto, si Professor ob necessariam absentiam pergere non possit, suos commentarios, suas notas, alicui legendas tradidit, non verò talem? si demandet professionem, ut quis ex proprio cerebro legat. v. *Carpzov. l. P. E. lib. 2. t. 25. def. 406. l. 21. C. de Episcop. & Cleric. l. 60. in f. C. de decurion. lib. 10. t. 31. Gothof. per & ad l. 1. in f. C. de praposit. agentium in rebus lib. 12. t. 21.*

XV.

An certo tempore studia nostra inclusa esse possint, quod nego, & quæro, si pater voluerit in suo testamento, ut filio ex hæreditate communi, ad studia sumptus subministrentur, absque definitione temporis, ad quot annos hæredes teneantur, *Iason. in l. quidam eum, fin. ff. d. V. O. tradit profunditates Juris vix 40. allequi annorum spacio, contra Corasius vix annum 21. natus, miscellanea sua eruditissimè defendit Patavii, alii propter multitudinem librorum septennio, cap. cum ex eo d. Elect. in 6to. alii decennio, alii quinquennio l. 2. 3. §. 4. l. 5. §. 4. ibique Gothofr. sub lit. G. d. advoc. divers. iudic. absolvi posse tradunt, Ego tamen rem certam definitionem admittere, nego, cum ob librorum incrementum, tum ob naturarum ingeniorum, institutionum, diversitatem, adèd ut certum quid hic determinare, sit naturæ legem præscribere, hinc alii serius, alii citius pro naturæ bonitate vel defectu, ad aliqualem perveniunt eruditionem, & aberrant, qui post 25. annum studia nostra sera esse narrant. *Speculat. in tit. de reo n. 9. Alex. & Dd. vulgò in l. 1. C. de his qui ven. atat.* nulla enim ætas sera est ad discendum, nam Ego, Pomponius inquit, discendi cupiditate, quam solam vivendi rationem, optimam in 8. & septuagesimum ætatis annum duxi, memor sum ejus sententiæ, etsi alterum pedem in tumulto haberem,*

B

non



non pigeret aliquid addiscere l. 20. ff. de fidei commiss. libert. sic Solon. apud Cicer. lib. 1. de senect. gloriatur, se quotidie addiscentem senem fieri, & ipse Cicero 9. Epist. fam. ult. haud possem inquit vivere, nisi in literis viverem. Gothofr. ad d. l. 20. sub lit. R. & omnes magis discere decet, quam ignorare, & ipse servius Sulpitius jam ætate majori operam dedit l. 2. ff. de O. 1. scientia est res sanctissima l. 1. §. 5. ff. de extraord. cognit. Donum Dei causa 16. q. 1. cap. revertimini, & Musæ omnibus sunt amicæ, nec quem deserunt, nisi prius deserantur.

## XVI.

Si quis ad defensionem sui quem occidat, an in sua conscientia sit tutus, ego ipsum tutum assero, & Accursium frustra, & sine causa contrarium defendere puto, nam sic reclamant verba Constit. Carol. art. 140. nam quod is der benöthigte süglich ohne Säbrlichkeit oder Verlegung seines Leibes / Lebens / nicht kan entweichen / vnd sein Leib vnd Leben durch eine rechte Gegenwehr rettet / text. in §. 2. circa fin. Inst. l. 45. §. ult. ad L. Aquil. Clem. un. de homicid. & iterum Constit. Carol. art. 142. ibi. mehr so sücaben wird. coram Deo est excusatus, & impunè adversarium occidit, l. 3. C. ad L. Cornel. de sicar. l. 3. de l. & l. 3. §. cum igitur, & §. vim vi. ff. de vi & vi armat. cap. 18. de homicid. Bachov. ad Treutl. v. 1. disp. 18. thes. 7. lit. F. & vol. 1. disp. 1. th. 4. lit. C.

## XVII.

An Inquisitio in alterius ædibus, quem quis suspectum habet jure licita, & an judex concedere possit, placet moderatio Panormit. in cap. qui cum fure. n. 6. de furt. ut non temerè id concedatur, quia grave & periculosum est, secreta patrimonii alicujus pandi, atque ita secreta domus perscrutari, vel rei familiaritatem detegere; & divitias periculis, & invidiæ subicere, l. 2. C. quando & quib. quarta pars debetur, si verò suspicio adsit, vel certa appareant indicia, rem furto ablatam, apud aliquem receptari, aditus judex missis executoribus etiam hodiè in alienis ædibus inquisitionem concedere potest. arg. l. 3. ff. de fugitiv. arg. l. 11. de acquir. vel amitt. possess. l. 116. 151. 155. §. 9. de R. l. nisi enim inquisitio hoc modo permetteretur, multi rebus suis carere cogerentur, & plurima furta impunita manerent. & ubi publica utilitas versatur, etiam nullis extantibus indiciis in alieno perquirendi facultas ab Imperatore concessa est. l. 6. fin. de Metall. l. 6. C. de aq. ductib.

Ætatis

II  
XVIII.

Ætatis cum maxima sit habenda ratio, præsertim in delictis, l. 4. §. 16. de dol. Except. l. 36. §. 3. ff. l. 7. C. de pæn. §. 8. Instit. d. O. quæ ex del. nasc. idè impuberem capitaliter puniri non posse vult *Ius Saxon. lib. 2. art. 65. pr. ibi.* kein Kind kan vnter seinen Jahren etwas thun / daß es sein Leib mit verwircken mag / sed ex *Constit. Carol. art. 164.* verberibus, vel alia pœna arbitraria affici debere, quod si autem proximus pubertati, doli injuriæque capax, ita ut intelligat se delinquere, & malitia suppleat ætatem, & præter doli capacitatem aliæ circumstantiæ concurrant, tunc habito prudentum consilio, suspendio etiam puniri posse, *Const. Carol. art. 164.* wo die Bosheit das Alter erfüllen würde / sollen sie an Leib / Gut / oder Leben / gestrafft werden.

XIX.

Aliquibus in locis naufragorum bona, inter Regalia numerantur, in Anglia scilicet & Italia. l. 1. C. de naufrag. olim etiam in Germania usitatum fuisse *Kirchner. de Republ. disp. 17. corol. 7.* testatur, hodie verò illæ consuetudines non observantur, & sublatae sunt, à *Friederico II. in Authent. Navigia, C. de furt.* quem secutus *Carol. V. in Constit. Crimin. art. 218.* imò ex jure Canonico, qui ex naufragiis emolumentum capiunt, & naufragium passos, spoliant, ipso facto sunt excommunicati, *cap. 3. de raptor. ibique Panormit. in Camera Imperiali,* contra hujusmodi consuetudines, mandata sine clausula decreta, ac, ita in causa consulum Hamburgensium, contra Duces Holsatiæ factum fuisse, tradit *Gail. 1. obs. 18. n. 8.*

XX.

Mortem quovis modo arripere, minimè licitum *Ephes. c. 1. v. 5. Rom. c. 8. v. 16. 17. 1. ad Corinth. 6. v. 19. Nov. Leon. 59. l. 8. v. 7. l. 70. §. 5. de fidejuss.* Solus enim Deus est, Dominus vitæ ac necis, neque recipit animas, quæ invito Domino exierunt è corporibus, ut ait *S. Hieron.* cum retinendus in corpore animus, nec injussu ejus, à quo nobis est datus, ex hominum vita migrandum est, *Guilelm. Bæckel. tr. de publ. Judic. p. m. 157. & seq. & non est nostrum mortem arripere caus. 23. q. 5. cap. 11. 30.* idè à Deo homo adoptatus, ut non sibi, sed Deo suo vivat, *Galat. c. 4. v. 5. Ephes. c. 4. v. 6. Deuter. 32. v. 6. Luc. c. 11. v. 2.* cui fru-

Etum ferat, Rom. 7. v. 4. Hebreor. c. 13. v. 15. seruiat 1. ad Theff. c. 1. v. 9. Exod. 23. v. 25, & membrorum suorum usum consecret, 1. Cor. 5. v. 13. 15. 16. 19. unde non est Dominus membrorum suorum l. 19. pr. Ad L. Aquil. l. 2. §. 2. ad L. Rhod. de jact. l. 6. de appellat. quibus nocere & vim inferre, prohibemur, l. 3. de bon. eorum qui mort. sibi consciv. l. 39. de pœn. adversatur juri naturæ, ex quo fluit, sui ipsius conservatio, Cic. 4. de finib. Senec. Ep. 82. cui destructio, quam mors voluntaria causatur, directò contrariatur, non occides, Exod. c. 20. v. 13. Matth. 5. v. 21. requiram sanguinem vestrum, de manibus vestris, de manu hominis, de manu Proximi, & de manu bestiarum. August. lib. 1. de Civitat. huc facit cap. 16. Actôr. v. 28. ubi Paulus carceris custodem, ne se interficiat, dehortatur, 1. Ioh. 3. v. 15.

## XXI.

Tabellarius, cui pecunia ad alium transferenda, committitur, si eam retinens, in usus suos convertat, aut intercipiat, furtum committit, l. 22. §. 7. Mandat. l. 52. §. 16. de furt. l. 7. C. eod. arg. l. 13. ff. eod. l. 1. §. 22. l. 2. de tut. & rationibus distrab. Constit. Crim. Carol. 5. art. 170. Ludvvell. Inst. disp. 15. th. 2. lit B. Econtra putant, si pecunia ei anumeretur, dominium transferri, & furtum tanquam in re propria, non committi, secus si pecunia in sacculo inclusa, vel obsignata, Tabellario aliò perferenda detur, l. 41. vers. quas v. pecunias de reb. credit. tamen furtum eum committere indistinctè sive pecuniam numeratam, sive obsignatam accipiat, text. express. l. 7. C. de furt. Carpz. l. P. F. p. 4. constit. 41. per tot. practic. criminal. p. 2. quest. 85. Berlich. p. 5. conclus. 57. n. 22. & seqq.

## XXII.

Principem posse concedere debitori dilationem, seu literas induciales, ad annum interim non solvendi debitum, notatur, in l. quoties C. de precib. imp. offerend. quandoque ad quinquennium, l. fin. C. qui bon. ced. poss. Besold. de Majest. p. m. 188. Reichs Abchied de Anno 1548. tit. von verdorbenen Rauffleuthen / §. das ihnen / ex eo sine induciæ ejusmodi indulgentur debitoribus obceratis, ne quotidianis, & molestissimis exactionionibus, tam miserè excrucientur, ipsique de commoda solutione interim cogitandi tempus habeant, & talis moratoria præscriptio non aufert creditori jus suum, sed tantummodo differt, cum  
in mo-



in mora modici temporis, non vertatur magnum præjudicium, ideo creditoribus contra tale privilegium aliquid attentare, non permittitur, *Val. franc. de fidejuss. c. 3. num. 151.* & tales literæ etiam cum honestate justitiæ, concedi possunt, concurrentibus præcipuè magna difficultate, nec non solutionis faciendæ impossibilitate, *Anton. Tessaer. decis. pedemont. 186. num. 2.* an verò ejusmodi literis, iis mercatoribus fallitis, subveniendum sit, qui non casu fortuito excalceati, sed suo vitio, & luxu bona ablugutiverunt, aliosque fraudulenter in inopiam præcipitarunt, qui luxuriosè vivendo, bona sua dilacerarunt, & dissiparunt, *l. 1. 12. 15. de capit. furios. l. 12. §. si adolescens Mandat.* neque modum neque tempus expensarum habuerunt, quibus quotidie grandes fumarunt pultibus ollæ, *Melon. pag. 628.* quod quidem, sed non cum nimia facilitate affirmandum puto, *dist. 86. cap. 17.*

## XXIII.

Mandans, cum Mandatario, pari passu ambulat, & eadem poena tenetur, *cap. ult. d. homicid. in 6to. l. 51. §. 2. ibique Gotkoffr. ad L. Aquil. cap. 6. §. ult. d. sentent. Excommun. l. 1. §. 1. de eo per quem fact. l. 11. §. 3. d. injur. nihil interest ad l. Cornel. de sicar. hinc Aristot. 5. Ethic. ad Nicomach. dicit, Dominus qui servo mandat, ut dejiciat, propriè dejicit, ab ipso enim est actionis principium.*

## XXIV.

Quamvis *Accurs. cum Covarruv. var. resolut. 14. n. 4.* Patrem, etiam ob insignem necessitatem, filium distrahere posse, negent, benignior tamen mihi videtur sententia, *Sichard. de patr. potest. num. 9. Schneid. Inst. de pat. potest. n. 29.* qua volunt parentibus, venditionem liberorum eo casu, ubi ejusmodi subest necessitas, ut aut moriendum sit, aut ut tot solvantur aurei, permissam esse, quod sæpius potest fieri in captivitatibus, ubi aut tot solvendi, aut post paucos dies moriendum, quis ergo, si aliunde non suppetant nummi, non æquum & justum dixerit, ut filii pro salute patris distrahantur *arg. l. 2. C. de patr. qui fil. distrax.*

## XXV.

Benedictio Sacerdotalis hodiè tantæ necessitatis est, ita ut Nuptiæ Claustrinæ inita, prorsus damnentur, & minimè subsistere possint, *l. 7. C. de repud. l. 24. C. de Nupt. Nov. leon. 89. Donell. lib. 13. com. 20.*

quare secundum quorundam locorum consuetudinem, statuimus, ut cum matrimonia fuerint contrahenda, in Ecclesiis, per Presbyteros publicè competenti termino præfinito proponantur, ut intra illum terminum qui valuerit, & voluerit, legitimum impedimentum opponat, *cap. 4. de clandest. desponsat. Borchold. de Gradibus cap. in quibus diff. matrim.*

## XXVI.

Ludum prohibitum constat, *ex tt. ff. C. de aleator. & aleatorum nomen pro infami haberi l. ult. §. 2. ff. de aleator. l. 225. ff. de V. S. l. 26. ff. de injur.* pugnat enim cum jure naturali, quod cum alterius injuria fieri locupletiolem, vetat, *l. 14. 66. de condict. indeb. l. 206. de R. l. & decalogo adversatur, quia semper est contra caritatem, & secundum cupiditatem, quærit n. tam quæ sua sunt, quam quæ alterius cum tamen jure Divino, non lusionibus, sed labore, nostrum parare debeamus victum, Gen. c. 3. v. 17. 19. Ps. 128. v. 2. Eph. c. 4. v. 28. & fortunæ bona committere, & facultates, turpe semper habitum fuerit, inprimis viris literatis, utpotè, quibus ex honestis colloquiis amicorum & eruditorum recreatio certior, & honestior, manare possit, *Petr. Heig. p. 2. q. 10. n. 29. quia sortis auxilium jure naturæ implorare non licet, l. nam hoc naturæ. de condict. indeb. cap. 11. de excess. prelator. ex lusu enim tot crimina nascuntur, quot sunt puncta in taxillis Menoch. lib. 2. cent. cas. 399. num. 1.**

Ludens taxillis, bene respicit, quid sit in illis  
Spes tua, res tua, mors tua, pendet in illis,  
hinc illæ quoque lachrymæ

Sum nudus ut passer, facit hoc mihi tessera, & asser, *Es spielen sich cher zehen arm / dann einer reich / sed proh dolor à prohibitione ista ludorum, per consuetudinem nunc aded recessum est, ut & impunè ludere, & lusu quæsitæ retinere liceat, & ita traxisse reperiantur, pravi mores, leges bonas in suam potestatem lul. Clar. lib. 5. sent. §. lusus. n. 2. 7. 8. Cagnol. in l. singularia. n. 14 si cert. petat. sunt tamen lusus, qui de jure permitti, quorum mentionem facit Carpz. pr. Cr. p. 3. q. 134. num. 12. & seq. & Ord. polit. de Anno 1612. tit. vom Spiel / verb. Nun stellen wir zwar ludos honestos, oder artis, welche virtutis & ingenii excitandi, vel acuendi causa, im Rechten vergönnet / wann nur dieselben*

ben

15  
ben nicht quaestus, & lucri gratia, instituiet / oder sonst kein Betrug  
darunder / an seinen Ordb.

XXVII.

Clericos obligare consuetudines feudorum, Dd. communiter  
tradunt, *lul. Clar. §. feudum. q. 3. fin. Marant. in specul. aur. p. 3. num. 93.*  
*Gædd. disp. feud. 1. thes. 18. Wesenbec. præmio feudorum, quorum sententiam*  
*& ego sequor.*

XXVIII.

An pupillus naturaliter sine tutoris autoritate obligetur, quam-  
vis in utramque partem reperiantur leges, quarum aliæ negant, aliæ  
affirmant, naturaliter pupillum obligari negat *l. 41. de condict. indeb.*  
*l. 59. de O. A.* at eundem naturaliter obligari ait *l. 21. ad leg. falcid. l. 1. de*  
*novat. l. fin. de injur. l. 95. §. naturaliter de solut. l. 25. §. heres. quando dies*  
*leg. ced. & si quæ sunt aliæ, in quarum conciliatione sequar Dd. qui*  
*statuunt, generaliter verum esse, pupillum sine tutoris sui autoritate,*  
*ne quidem naturaliter obligari juxt. l. 50. de O. A. l. 41. de condict. indeb.*  
*esse tamen casus existimantes, ut naturaliter obligetur Cujac. 13. obs. 7.*  
*Vult. 1. discept. 16. Gædd. de contrah. & committ. stipul. cap. 7. conclus. 12.*  
*n. 212. & seqq. Cujac. ad l. 10. de O. A.*

XXIX.

Quæstio non est vulgaris, an in Emptorem Hereditatis tran-  
seat jus accrescendi, negantium Opinioni adstipulor, Jus enim accre-  
scendi, inter coheredes propterea locum habet, quia coheredes sunt, at-  
que ut aliquis sit cohæres: ex testatoris voluntate proficiscitur, nec in  
arbitrio venditoris positum est, ut illi alium testatori heredem subjice-  
re possit, nec in potestate Emptoris, ut is, sibi ipsi titulum & causam pro-  
hibitu arrogare possit, & quanquam hereditate vendita, in Emptorem  
transeant omnia jura, utilia, aded ut vicem heredis obtinere videatur,  
*l. 2 §. 18. de hered. vel act. vendit. l. 9. commun. prædior.* tamen venditor re-  
tinet nomen veri heredis, *d l. 2. §. 7. 8. 10. de hered. vel act. vendit.* cujus  
vigore, etiam jus accrescendi retinet, & licet hereditatem vendidit,  
tamen quantum ad jus universale spectat, id vendere, minimè potuit,  
cum id titulo contractus non acquiratur *l. 20. d. th.* Et ad rem facit,  
quod hereditate vendita, nihilominus possidere dicatur *l. 4. §. fin. si*  
*quis omiss. caus. test. & conveniri inter contrahentes posse, ut si portio*  
defece-

defecerit, ea quoque vendita esse censeatur, & non dubito quin possit, sed Emptor habebit eam ex Empto, & non jure accrescendi.

## XXX.

Horribilissimum, ac sceleratissimum crimen est Blasphemia, quae est dictum contumeliosum in Majestatem Divinam, *Damboud. pr. Cr. cap. 61. n. 11.* cui nullum aliud crimen æquiparari potest *Menoeh. lib. 2. arb. jud. quest. cent. 4. cas. 375. num. 33.* ob quod terræ motus, & pestilentia fiunt, *Nov. 77. cap. 1.* hinc de jure Civili, si in tali scelere scæpius admoniti, perseverent, ultimum supplicium constituitur, *d. Nov. 77. cap. 1. 2.* & Jure Divino extra Civitatem educi, & lapidibus obrui jubentur, *Levit. 24. v. 14. Iul. Clar. lib. 5. sentent. §. Blasph. n. 3.* nec immerito, cum enim Blasphemiam in homines non impunitam abeant, *l. 1. §. 21. ff. C. ad l. Iul. Majestatis*, multo magis in Deum, severissime coerceri necesse est, & quamvis plerique *Dd. ut Bald. in l. 2. n. fin. de reb. credit. Menoeh. cas. 375. n. 26.* putent, poenam hanc penitus ab Aula recessisse, in Romano tamen Imperio, quin poena mortis, linguæ præcisio, relegatio, carcer, pro qualitate Blasphemorum verborum, locum habeat, dubitandum non est, *Reichs Abschied zu Wormbs de Anno 1495. zu Augspurg de Anno 1500. zu Trier vnd Cöllen 1512. zu Augspurg de Anno 1530. 1548. zu Regenspurg de Anno 1577. rubr. von Gottslåstern / P. H. G. Ordnung art. 106.* De jure Canonico, blasphemans, si in Ecclesiastico ordine, deponitur, si laicus, anathematizatur, *causa 22. q. 1. cap. 9.* sanguinariam enim poenam abhorret, & est medicinalis, non mortalis. *cap. 1. pr. de sententia Excommunic. in 6to. caus. 24. q. 3. cap. notandum*, disciplinat, non eradicat, ratio est quia sunt humiles, & miseri *causa 23. q. 5. cap. 1. 3. 7. 22. cap. 1. de his qui fil. occid. cap. 3. de crimin. fals. cap. 4. de raptoribus.*

## XXXI.

Magna est contentio inter *Dd.* An filia per masculum semel exclusa, perpetuo exclusa censeatur, & licet *Gailus lib. 2. obs. 148. pr. & rota fere Dd. Schola* affirmativam tueantur, existimantibus, foeminam semel exclusam, una cum descendantibus ex ea, in perpetuum exclusam manere, *wen das Weib einmahl von dem Rittergut außgeschlossen / so könne Sie darnach nimmermehr darzu kommen / per text. in cap. un. §. quin etiam 1. & seq. fin. Episcop. vel Abbat. 1. feud. 6. cap. extraord. cas.*

quibus

quibus fœmin. in feud. succed. 2. feud. tit. 104. quam sententiam post alios quoque amplectitur, Schrader. d. feud. part. 7. cap. 4. n. 83. & seq. Borchold. tr. feud. cap. 7. rubr. de success. n. 36. & seq. & novissimè eam acriter defendit, Antonius, disp. feud. 6. thes. 6. lit. A. Bocerius tr. de success. feud. cap. 3. quest. 4. & part. 2. class. 5. disp. 18. th. 16. lit. A. contrariam tamen sententiam, tanquam æquiorè & veriorè, post alios secuti, Iul. Clar. recept. sentent. lib. 4. §. feudum. quest. 80. n. 2. vers. que tamen, junct. vers. sed quoad ipsum dominium, Mynsing. cent. 5. obs. 74. num. 8. & seq. Wesenb. d. feud. cap. 6. n. 13. secundum quorum sententiam Collegium Ictorum in Academia longè celeberrima Marpurgensi, respondiisse tradit; Herman. Vult. lib. 1. feud. 9. n. 89. vers. secundum quam, Carpz. l. P. F. p. 3. constit. 28. def. 15. idè & eorum opinioni me submitto.

## XXXII.

Sunt, qui putant, Homicidas, & alios capitis postulatos, die den Todt verdienen / intercedentibus, ac petentibus fœminis, in conjugium dari, & ejusmodi remissionem jure locum obtinere posse, non solum ob pietatem, humanitatem, ad quam magis, quam ad severitatem nati, factive esse videmur, Cicer. in Orat. pro Ligar. communem naturam, sed etiam favorem matrimonii, & spem prolis, judicem enim pœnam temperare, & remittere posse. l. 6. de off. procons. l. 11. d. pœn. l. 13. §. 7. de his qui not. infam. l. 7. C. d. precib. imp. offer. & tt. C. d. sent. pass. & restitut. & quod misereri delinquentium mera sit justitia dist. 45. cap. vera iustit. & in mortem hominis se immiscere sit formidabile, causa 23. q. 5. cap. reos sang. Papon. arrest. 24. 10. art. 14. refert exemplum, condemnatum quendam, & puellæ nuptias illius petenti, Parisiensi concessum fuisse, uti & in Ibertia usitatum refert, ex cap. 20. de sponsal. Gothofred. ad l. Bestias de pœnis. hoc tamen contra omnia jura Divina, Deut. c. 13. v. 8. 9. cap. 22. v. 21. 24. Civilia. l. 51. ad l. Aquil. l. 18 §. 1. de judic. l. 31. depos. l. 9. §. 5. d. public. & vectig. l. 70. §. 5. d. fidejuss. & mandat. l. 95. d. solut. l. 3. C. de Episc. audient. l. 16. §. ult. de pœn. fieri puto, & nego, daß dieselbe der Pœn / vnd Halßgericht dardurch entgehen vnd von derselben losgesprochen werden / welche sie von dem verwickelten vnd verdienten Todt / zum Leben / vnd zwar zum Ehestandt erbiten wollen.

## XXXIII.

Si pignus ea lege datum sit, ut Creditor fructus in vicem usur-

C

rarum

rarum, donec pecuniam debitor solvat, consequatur, ea pignoris species Antichresis appellatur, *l. 11. §. 1. de pignor. l. 33. de pignor. act.* in qua licet fructus præscriptum à legibus usurarum modum excedant, non tamen idè videtur illicitum fœnus contraxisse, *l. 14. 17. C. Usur.* idq; propter incertum fructuum proventum, incertumque eorum pretium *d. ll. Cujac. 8. obs. 17. & 3. obs. 25. Borchbold. d. usur. cap. 6. Mynsing. 6. obs. 71. Gail. lib. 2. obs. 3. & 7.*

## XXXIV.

Quamvis Jure Civili remissiones facinorosorum usitatae fuere, *Nov. 134. cap. 5. cap. 2. ut nulli judic. lic. indè sumpta Auth. si vero criminis C. ad l. Jul. d. adult. l. 7. C. d. custod. reor.* Daß man die Übelthäter / so in den Aemtern verbrochen / widerumb in die Aemter solæen lassen. *Kauchb. part. 1. quest. 50. n. 26.* hodie tamen mutata Reipublicæ facie, non frequentantur, nisi interdum ex humanitate, per literas, uti vocant reversales, & hoc fieri solet in atrocioribus quandoque delictis, propter exemplum ad locum delicti precariè & jure amicitiae, atque benevolentiae, sub antigrapho, ut vocant ipsius Magistratus, aut Domini remissionem petentis, quod videlicet hujusmodi remissio remittentis jurisdictioni, non sit futura nocumento; sed sine præjudicio, quodque ille, cui remissio fit, in simili idem facturum sit, vulgò auff eine gegen Befandtnus *Gail. d. pac. publ. lib. 1. cap. 16. n. 31.*

## XXXV.

Famosam, & ambagibus multis innodatam quæstionem, hic adjicere lubet, an Cadaver hominis injustè dudum occisi, stillare sanguinem possit, & quidem ad vindictam, & certam homicidii probationem, quod ego præter naturam esse opinor, ut à cadavere, cujus vis omnis ante multos dies exhalavit, sanguis quasi naturæ ductu, fluat, imò citra naturalem materiam *δύναμιν*, quæ *δύναμιν* expirante animæ spiritu, nulla est, qui enim ait, quod natura renuit, invanum ait, hoc tamen non negandum, in horas quasdam calorem nativum, qui velut salire putatur in arteriis, & intercutaneis partibus, non adèò extinctum iri, penitus, extincto homine, ut non aliquantisper remaneat, experientia teste, & in animalibus jugulatis, palpitationis motu, præsertim in musculis agitantur, neque ad vindictam stillare puto, quia latet causa, ob quam id ipsum fiat, sensus & ratio, cæca hoc in passu  
sunt,

sunt, causa quid denotet sanguis, latet, sanguis non sentit, neque instrumentum est, quo homo vindictam cupit, de occultis igitur & incognitis, quæ soli Deo, nota sunt, mens humana certi aliquid adstruere nequit, cum facillè fieri possit, ut sanguis, qui in venis delituit, agitato corpore, venarumque reseratis oris, erumpat, sicut enim non omnes perjuros Apoplexia tangit, ita nec signat reos sanguis, interfectores certos, idè nec certam probationem facit, quæ luce tamen clariores esse debent. *arg. l. 5. ff. l. 16. C. de pæn. l. 14. C. de accus. l. fin. C. de probat.* concludo igitur, licet stillat cadaver, attamen verè & directò ad vindictam non stillare, sed ex accidente, neque ad probationem tantam facere, ut sufficiat ad condemnationem & mortem.

## XXXVI.

De probatione Segarum per aquam frigidam, an illa legitima, Ego irrationabilem & à jure prorsus alienam esse, dico, licet Dd. vulgarem appellitent, quando striges & lamia superstitioso nimis vincendi ritu, experimenti sufficientis ergo, ut si subsideant, ac mergantur, excusabiles sint, sin verò supernatent, pro conperto sit esse lamias atque sagas, tum quod nullum hujus probationis habeamus divinum mandatum, tum quod neque *iure Civili, Constit. Carol. Iur. Canon. præcipiatur*, sed disertè prohibeatur, *causa 2. 9. 5. cap. 20. cap. dilecti de purg. vulg.* darumb muß ein weiser Richter alle Vermuthungen zuvor zusammen brinæen / ehe er die Wahrheit erzeihen: vnd verdammen kan / omnis quippè suspecta Autoritas, quam non confirmat ill. autoritas.

## XXXVII.

Vtrum alio Signaculo præter annulum testamenta signare liceat, nobilis quæstio est, & licet pro negativa stent multi Dd. *Cujac. in not. ad §. possunt autem, Inst. de testamentis. n. 6. & 14. obs. 11. Vigl. ad §. 5. Inst. de testamentis. Gilken. ad l. 12. C. de testamentis. Donell. 6. Comment. 8.* placet tamen magis affirmativa, dummodo Signacula *ναρὰκτῆρα* i. e. formam insculptam signis imaginem habeant *l. 22. qui testamenta fac. poss.* quod & probat *Constit. Maximil. de Anno 1512. Colonia promulgata. tit. von Testamenten / vers. nun die Form. & vers. es mögen auch / verb. daß ein Testament mit gewöhnlichen Siegeln vnd Dignitäten bezeichnet werde. Horrom. Ill. quæst. 20. Connan. 9. comment. 2. Bocer. de Bello & Duello. c. 25. n. 7. & seq.*

## XXXVIII.

Si pactum sit creditorem non reddita sibi pecunia, rei oppign-  
ratae possessionem propria autoritate occupare posse, an creditor si con-  
ventionis legem possessionem sine Magistratus autoritate ingrediens,  
exerceat, vim facere censendus sit, quod non puto, si enim volente debi-  
tore id faciat, vim nullam eam admittere juris expediti est, *l. 3. C. de  
pignor.* nullam enim potest videri injuriam accepisse, qui semel voluit,  
*l. 9 §. 1. d. 29. & aq. plur. l. 34. C. de transact.* cum vis definiatur necessitas  
imposita, voluntati contraria, *l. 1. quod met. causa*, nec in legem com-  
mittit, qui jure suo utitur, *l. 13. §. 1. de injur.* ut proinde crediti jus  
non amittat, *arg. l. 9. C. de pignor. act. l. 13. quod met. causa*, possessio-  
nem tamen sine Magistratus autoritate adipisci non potest. *Wesenbecius  
in paratit. d. distract. pign. n. ult.*

## XXXIX.

Juri luendi, vel offerendi pignoris, spacio 30. vel 40. annor.  
praescribi non posse, asserimus.

## XL.

Cum grave & difficilè sit injuriam continere cum patientia,  
*rest. Senec.* & contumeliam nec fortis, nec ingenuus pati possit, non in-  
convenienter quaritur, an illa defensio, quæ fit per homicidium, in  
Famæ existimationem, & honoris conservationem, jure licita sit, af-  
firmativa n multi hodiè tuentur, non solum, quod Fama, & vita pari  
passu ambulent, & ejus par ratio habeatur, *l. 8. quod met. causa, l. 9. de  
manumiss. vindict.* quæ thesaurus inæstimabilis, maximum bonum,  
& omnes divitias antecedit *proverb. c. 22. res magnæ importantiæ Sylv.  
consil. 94. lib. 2.* & bonum, bonum habere nomen, *l. 1. C. de SS. Trinit.*  
sed quod mortaliter peccet, qui eam non defendit, *causa 11. q. 3. cap. 51.  
56.* quis enim tam humilis, qui se contemni patiarur, *causa 2. q. 7. cap.  
admonendi. dist. 86. cap.* quando, idedque omnes boni nominis, & gloriæ  
defensionem ad officium suum pertinere putant. *Cic. in Verrem.* Da-  
rumb dann erbare Leuthe zu allen Zeiten / das Leben vnd die Ehr gleich  
geachtet / vnd die Verlesung an Ehren höher vnd beschwerlicher geschä-  
het / als des Leibes Beschädigung / mihi vero magis arridet negativa,  
utpotè quod ad illicita non debeamus prolabi, ubi alia media licita &  
concessa. *uti liquet ex tit. ff. & C. de injur. itemque Instit. eod. l. 13. §. 3.  
vers.*



vers. *equissimum d. usufruct. l. un. C. ne quis in sua caus. l. 14. §. 6. d. bon. libert.* Ergo famam sive Civilem vitam licet defendere, sed Civili modo, & quæ ad offensionem sit proportionata defensione, cum igitur fama nobis evacuata juris remedio illibata reddatur, turpe fecerit, qui ideò vitam suam periculo mortis exponit, vel alteri suam aufert, quam tamen semel ablatam, in æternum recuperare neutiquam valebit hominum ullus, ullo artis vel juris remedio, fama igitur vita minor est, *arg. l. si adulter. §. penult. ad l. lul. de adult. Farinac. pr. Cr. p. 4. tit. 14. q. 125. & seq. Bocer. d. duell. lib. 2. c. 7. Berlich. concl. pract. p. 4. de necessit. defens. concl. 12. n. 41.*

## XLI.

Tritum ac vulgare est illud Ital. quelli c'hanno Ducati, Signori sonno Chiamati, hinc sunt, qui putant, mancam, & ludibrio absque facultatibus Nobilitatem esse, *Tiraq. d. Nobil. cap. 25. n. 9.* per divitias crescere, & conservari familias, *Hering. de fidejuss. cap. 1. num. 159.* absque illis sordescere, & decrescere, *Knichen de pact. vestit. part. 1. cap. 4. n. 6. & seq.* sine quibus mortua dignitas, *Æn. Sylv. Ep. 71.* & Nobilitatem sine opibus esse fidem, sine bonis operibus, *Canonicum, sine præbenda, Abbatem Nullatensem, equum sine equo, & licet paupertas sordes, l. 5. §. 1. C. ad l. lul. Majest. l. 1. C. d. custod. reor. Onus & impedimentum honorum adferre, l. nobiliores C. de comerc. & mercator. Syrach c. 10. v. 33. 34. cap. 11. v. 14. 22.*

Divitias & Opes Hon Lingua Hebræa vocavit,

Gallica gensaurum, Or, indèque venit honor,

& gravis & miserabilis dicatur *l. ult. d. in jus vocand. l. 5. §. 1. C. ad l. lul. Majest.* Ego tamen divitias nobilem non facere, neque paupertatem Nobilitati derogare, cum *Tiraq. d. Nobil. cap. 25.* verius existimo, utpotè quæ inter mala numerari nequit, dann Armuth ist kein Schand / quis enim paupertatem mala dixerit, *causa 15. q. 1. cap. 6. text. singul. in l. 7. C. de incest. Nupt. Gal. lib. 2. obs. 95. n. 20.* quippe cum dignitas non ex rebus, sed ex virtute sola oriatur, *l. 47. C. de Ep. & Cleric. dist. 40. c. 12. dist. 9. c. ult. dist. 61. cap. 3. 4. 5. dist. 78. vers. 3. causa 1. q. 1. c. 74. & c. 119. causa 2. q. 7. c. 29. 20.* vera igitur animi Nobilitas ab inopia aboleri, ac obliterari nequit, nec opes, & copiæ quantæcunque sint, nec veram parere, ac ne parturire quidem Nobilitatem possunt, nec quicquam absurdus, quam dignitatem, quæstu, ordinem, pecuniis,



Nobilitatem, opibus, mereri, *Bodin. 3. de Rep. c. 8. n. 350. Nov. 8. pref. c. 1.* nec propterea quis ignobilis, quia pauper, nullaque inter ingenuum, & opulentiorum ex divitiis, & opulentiorum fortuna, est distantia *d. l. 7. C. de incest. Nupt.* sua igitur fors cuique ferenda, cum cuiusvis doloris, remedium optimum sit patientia, & ut melior adspiret aura, Cœlum implora, feras, non culpes, quod mutari nequit, unum enim hoc scio, quod fors feret, ferendum, feremus æquo animo, heus istud viri est officium, *Terent. in phormion. & Galli*, quand on ne peut changer, le cours des affaires, on le faut suivre, s'est se noyer, de se roidir contre le torrent, & tu qui magna felicitate gaudes, & multis opibus abundas, videas, ut fortunam tuam pressis manibus teneas, lubrica enim fortuna est, nec invita haberi potest, quippè cum meretrici, non absimilis sit, ut enim illa neminem amat, dum amatores perpetuò mutat, ita & fortuna, & saltatrici, recurrens in eosdem circulos, & quæ congeffit, celeriter retexans, *Schonb. politic. p. m. 167. 168.*

## XLII.

Dubium hic movere lubet, an quis criminofus dici possit, vel in crimine esse, eo ipso, quod Judæus est, nos per *Gloss. 1. ad l. sed si res, fin. de legat. 1. Resp.* quod sic, quatenus nimirum in reprobatis superstitionibus suis perdurant Hebræi, *juxta Gloss. & ibi scrib. in l. non erit §. Divus d. juriur. l. 1. C. d. Summ. Trinit.* attamen Judæum permanere, peccatum quidem est apud Deum, sed in foro fori vel contentioso non est punibile, *Gloss. in l. multum interest de V. O. Bartol. in l. apud Iulianum §. constat ibique Iason. n. 28. d. leg. 1. tt. C. & Extr. d. Iudæis, dist. 45. cap. qui sincera*, hinc facile liquere potest, eos in ritibus & superstitionibus suis non esse turbandos, *l. Iudæos. fin. l. die Sabbati, C. de Iud. Bald. vol. 5. consil. 428. l. 3. fin. de decur.* nec prætextu religionis inquietandos, *cap. 9. v. 9. l. 2. 13. C. d. Iud. aded ut nec ad sacra nostra adeunda cogi, dist. 45. c. 3. l. 12. §. 4. d. publ. in rem act.* nec ejus causa, sive in corpore, sive in bonis suis lædi queant, *Dd. in cap. sicut d. Iud.* Leges enim ipsos protegent, defendunt, *l. nullus C. de Iud. cap. 9. vers. nullus etiam Christian. eod. & veterum Synagogarum refectionem, non tamen novarum exstructionem permittunt, cap. 29. vers. utrum d. appellat. cap. 3. de Iud.* unde veteres fulcire quidem *l. ult. §. 1. C. de jud.* Collapsas tamen de jure stricto reedificare nequeunt, *l. 20. §. 2. d. serv. præd. urban.* Et cum sint Cives Romani,

Romani, *Myns. s. obs. cap. 6.* idèd à Principibus semel recepti tolerari debent, *Aur. Bull. tit. 9.* neve iudicando contra ipsos cum iniustitia aliquid pronunciandum, *Cravett. consil. 73.* non tamen præficiantur officiis publicis *cap. cum sit nimis, cap. ex speciali. de iud.* sed potius tranquillè & pacificè vivant, habitu utantur à Christianis diverso *cap. 15. de iudæis.* Et portent signa quibus ab aliis discernantur aperta, & palam, non abscondita vel difficilia visu, quæ & nocte ipsa portare tenentur, alias puniuntur, *cap. in nonnullis, ubi omnes, de iudæis* quorum cum adhuc sit speranda conversio, *Rom. cap. 11. v. 26. Hos. c. 3. v. 8. dist. 50. cap. 40.* idèd mitius habendi, nec cum sint innocentes supprimendi, *Majol. dier. Canicul. tom. 3.* sed blandis verbis & rectis consiliis adhortandi ad fidem, & removendi ab eorum erroribus, *dict. dist. 45. cap. qui sincera, cap. licet, de iudæis, causa 23. q. 5. cap. ad fid.* qui si contra naturæ legem, qua quilibet rationalis vivit, peccaverint, in opprobrium Christi vel Christianæ Religionis aliquid admiserint. *causa 28. q. 1. cap. sæpè.* Deum blasphemati fuerint, Judæi animum inclinantem ad fidem Christi subverterint, *Bald. consil. 315. vol. 1.* Christianum circumciderint, *l. iudæi. C. de iud. l. 1. C. de Eunuchis, de consecrat. dist. 4. cap. plerique, dist. 54. cap. nulla.* Si olim hebdomada sancta & in diebus passionis domo exierint, & die parasceves ostia aut fenestras aperuerint *cap. quia super his de iudæis* peieraverint, & contra proprium iuramentum venerint, *Innoc. in cap. quod super n. 5. de voto.* dubium non est, quin & aliquando gravius puniri possint.

## XLIII.

Commune Germanorum proverbium est,

Zugendt vor allem Adel gehet /

Zugendt dem Adel ganz wohl anstehet /

Virtus igitur unicum Nobilitatis fundamentum, quæ

--- Omnibus rebus anteit, profecto

Libertas, Salus, vita, res, parentes

Patria & prognati, tuentur, servantur,

*Schonb pol. m. 254. ex Plaut.*

undè in collatione beneficiorum in Ecclesia; virtutum, & vitæ honestas potius, quam generis Nobilitas attenditur *cap. pen. de præbend. & dignit.* quæ sola nobilitat hominem, *Gloss. in l. 7. verb. nobilissimos*  
C. de

*C. de postul. dist. 56. c. 4. caus. 24. q. 1. c. 25. quemque clarificat, de consecrat. dist. 5. cap. pen. quæ sola quieta, tuta, in suaque potestate est, omniaque præter eam subjecta fortunæ Dominantis, adversusque virtutem, hoc possunt calamitates, & damna, & injuriæ, quod adversus solem, nebula potest, Sen. Ep. 92. lips. pol. 1. c. 1. fin. ideo non sine laude Fest. Marian. in vita Sanct. p. 22. monet ut etiam sua opera Nobilitatem, quam non aliter ac hereditatem adeunt, amplius condecorare discant, quippe cum homini nihil antiquius esse debeat, quam ut animum in hac mortali vita excolat, & quod natura imperfectum reliquit, industria, & labore, ad summæ perfectionis apicem contendat, vides aspectum à circumfuso aère, lumen accipere, sic mens à doctrina, & nihil magis ex musarum placido commercio homines accipiunt, quam quod naturam mitigent, & mansuetam faciant, ratione & à doctrina, amplectentes, ex iis modestiam, & quod nimis est fugientes, non enim est virtus præclaris parentibus natum, sed ita se ostendere, ut spes pulcherrima foveat, posse aliquando Rempublicam in partibus credendis, feliciter gubernari, sola namque doctrina est officina, in qua cuduntur arma rei gerendæ, probè itaque & laudabiliter fecerint ii, qui domi suæ, hoc est apud animum suum veram Nobilitatem quarunt, nam generari & nasci fortuitum, & alias, nec ultrò æstimatur Tacit. sicut igitur animus præstantior est corpore, ita ornamenta ingenii, longè pulchriora sunt externis bonis, quod igitur natus ex aliena, id novus ex propria habere potest, hinc ille conqueritur, Nous voyons souvent cette Noblesse naissante, qui s'est faitte elle mesme par sa propre vertu, ressembler à ces maisons neufves, dont les avenues sont belles, & bien allignees, & dont la veüe, & la demeure est plus riante, & plus comode, que celle de ces vieux chasteaux negligez, qui sentent le rance, & le reclus. & qui sont decheus avec le temps, par la faineantise des possesseurs, de cette premiere beauté, qu'ils avoient, Autor du Catechesme Royal, imprimé à Paris, L'an. 1645. p. 46. & seq. Ledebauer. in disp. de arm. gestat. Argent. hab. cap. 3. n. 12.*

## XLIV.

Meritò taxatur quoad potus, & haustus æquales consuetudo, qua plenis ampullis se strenui potatores, & combibones obligant, vulgò *Gesuenruncf* / quo spectat illud Horatii lib. 2. Satyr. 6.

proit

--- prout cuique libido est  
siccat inaequales calices conviva, solutus  
legibus insanis.

& jure ista immoderata adbibendi consuetudo publica lege Imperii reprobatur, Reichs Abschied zu Augspurg de Anno 1500. 1530. tit. vom Zurrincken / *ibi*: das Zurrincken ist ein endlich Ursach / alles Ufels vnd dem Menschen an seiner Seelen Seeligkeit / Ehr / Gunst / Vernunft / vnd Mannheit nachtheilig / & §. demnach gebieten wir / & iterum Reichs Abschied de Anno 1548. 1577. eod. tit. vom Zurrincken / Jus Canon. hunc abusum penitus abolendum, decernit, cap. 14. de vit. & honest. Cleric. non solum quod vinum luxuriæ sit incentivum dist. 33. cap. 3. 7. cui conjungitur rectè lascivia l. 4. §. 1. ad l. Corn. de sicar. ex eo lascivia nascitur, Cuiac. ad Affric. ad l. 35. locat. Est enim veneris hortator, & armiger liber, & restringit pudoris ignaviam,

Denique cum mentes, hominum furiarit uterque

Et pudor, & probitas, & metus omnis abest,

& alacrem vigorem libidinis incutit, qua Sitarchia navigium veneris indiget sola, undè monstrum habetur libido, sine gula, cum hæc duo firmiter unita, atque concreta sint, sed & quia fulmen in dolio gerit, ferrum & æs fundit, idè non mirum, vinum fulmine gelatum, cum ad priorem habitum redit, potatum, aut exanimare, aut dementes facere, ebrius videt geminas consurgere in mensa lucernas, sicut ii, qui propè litus navigant, ædificia intuentur moveri, & qui à longèrem contemplantur, album commentum, ut nigrum, quemadmodum autem lex nova, usu non recepta, viribus caret, & desuetudine tollitur, ita quoque hæc leges Imperii, contrario usu sublatae sunt, attest. Reinking. d. reg. secul. Eccles. lib. 2. class. 1. c. 8. n. 46. Senec. lib. 2. nat. quest. nam si hodiè; cui benefacere velis, potu eum liberaliore excipere, & vino inebriare, summæ amicitia loco censetur, adedque Germanis nostris propriam, Bæm. lib. 3. de mor. Gent. cap. 13. testatur, hinc illud

Germani cunctos, possunt perferre labores,

ah! utinam possint, tam benè ferre sitim.

& alius, ebrietas jam aded invaluit, ac si ad perdenda vina nati essemus, & tanquam illud aliter effundi non possit, nisi per humanum corpus, mutuo ad bibendum se cogunt, & hortantur, neque hoc sufficere existimant, rursus ad sobrietatem dies, noctibusque, noctes, diebus

D

conti-



continuantes, & quam pestem hereditariam totam ferè Germaniam in-  
 valisse, & quam ad huc servare, amare, & colere, *Bodin. in med. Histor.*  
*cap. 5. p. m. 87.* inquit non minus ac illi, plerique suam indecoram  
 vestium formam pertinacissimè retinent, qua illas corporis partes,  
 quas honestas jubet esse occultas obscenis priaporum Simulacris, seu  
 ut vocant laziis velut caligarum præsidibus, gloriosulè exprimunt,  
 & iis oculorum pudicitiam tentant, *Iob. Wilh. à Redvitz. in Orat. contra*  
*Germaniam, apud Fridericum Achillem Ducem Württemberg.* Ego tamen

daß

Ein jeder trinck so viel er will /  
 Frag nicht nach dem gesetzten Ziel /  
 Dann Es ist ein unbesonnen Ding /  
 Daß einer gleich dem andern trinck /

*Melon. compend. Iuris. p. m. 497.*

tam sanitatis conservandæ, quam multorum exindè emergentium præ-  
 cavendorum malorum causa, consultius factum puto, si leges Imperii  
 salubriter promulgatas, strictius observaverimus.

XLV.

Dubium est, an septimestris partus sit vitalis, quod affirman-  
 dum videtur, 1. quia septimus mensis primus est humani partus ter-  
 minus, & quod maximè vitalis sit, qui eo nascitur, ratione & expe-  
 rientia deprehenditur, *Ambros. Paræus in Chirurg. lib. 23. c. 15.* 2. quia  
*Hipocrates lib. 1. Εὐα ἀρκῶν puer septimestri ait, partu natus, pro ratione*  
*editur & vivit*, est autem pro ratione editus, quia ad partium perfe-  
 ctionem nihil in eo desideratur, & *Galenus septimestres se multos vi-*  
*disse sospites & vitales scribit*, 4. confirmatur autoritate *Hipocratis*  
*l. 12. de stat. hominum, l. 3. §. fin. de suis & legitim.*

XLVI.

Num partus undecimo vel ulterioribus mensibus natus, pro le-  
 gitimo sit habendus, quod negari posse videtur, 1. ex ratione *l. 3. §. 11.*  
*de suis & legit. Nov. 39. c. 2.* 2. quia luctus tempus saltem decem men-  
 sibus concludebatur, *l. 2. C. de secundis Nupt.* quasi illud extremum na-  
 scendi tempus foret, *Gellius tamen lib. 3. N. A. c. 16* scribit, fœminam  
 bonis atque honestis moribus, non ambigua pudicitia in undecimo  
 mense post mariti mortem peperisse, & *Divum Hadrianum* causa cognita  
 decrevisse.

decrevisse, in undecimo quoque mense partum edi posse, cum igitur hoc ex Jure Civili definiendum non sit, quia de opere naturæ hic agitur, quæ legibus hominum obligata non est, seposito eo, quod leges naturæ censent, si mulieres indubitatae probitatis & pudicitiaæ foetum in utero ad undecimum mensem gerant, partus legitimus dicendus erit, quod multi magnæ autoritatis viri uno ore tradunt, nec partui imputandum quod ei fataliter accessit, *arg. l. 135. de V. S. prægnantes enim interdum falli ac decipi in conceptionis tempore ex Hippocratis doctrina satis constat, quam sententiam cum Myns. cent. 6. obs. 40. num. 11. 12. & ego sequor.*

XLVII.

Rectè & laudabiliter *Rittershusius in præfat. ad Instit.* monet, orientibus malis ac vitiis obstruendam esse viam, ne si semel radices egerint in animis, vix ac ne vix extirpanda sint, difficillimum enim est mutare animum, etsi quid est penitus insitum, moribus evellere, facilius quid impeditur ne fiat, quam factum resolvitur, *l. 8. de his qui sui vel al. jur. l. 20. d. stat. hominum l. 1. §. 5. fin. d. postul.* Et longè facilius quid excluditur, quam admittitur, & reguntur, quam admissa postea moderantur, nam cum se in possessionem posuerunt, potentiora Rectore sunt, & recidisse minimè patiuntur, *Lipsius polit.* Emendatio morum difficile luctamen, inprimis finibus arcendus est hostis, qui cum semel introivit, & portis se intulit, modum à captivis non accipit, *arg. l. præcipiunt. d. edil. edict. hinc Casiodorus lib. 5. var. Epist. 15.* in ipsis cunabulis scelera commissa refecantur, malum enim cum perserverat, augeatur, & remediabile bonum est in peccatum accelerata correctio, ea enim quæ facili divulsione dirimuntur, postea securibus vix succumbunt, *Grot. d. I. B. P. lib. 2. cap. 21. n. 2. Luc. de penn in l. nulli. n. 4. & seq. C. de condit. in publ. horreis.* Omne malum nascens facilè opprimitur, inveteratum plerumque fit robustius, facilius morbus declinatur quam immissus ejicitur, vitia igitur morum magis sunt præcavenda quam verborum, *dist. 38. cap. 11. §. sed licet. Clem. ult. de Elect. & à teneris inclinatio removenda, nisi enim primis eximatur annis, inemendabili postea pravitate durat, nam quibus exercitiis transacta est pueritia, iisdem deinde etiam virilis ætas detinetur Schonb. pol. p. m. 49. nam adolescens juxta viam suam etiam quum senuerit, non recedet ab ea, ubi cum multitudo facilè consentiat in vitia, causa 18. q. 2. si quis Abbas. &*



32

citò à veritate deviat, pergitque in indirectum, *dist. 6. cap. miramur*  
quæ cum sit pronior ad malum quam ad bonum, *Genes. cap. 8. causa 12.*  
*q. 2. cap. omnis aetas*, ideò multum interest primordia vitæ rectè poni,  
quia dicente *Cicer. ad Attic.* ut mala posuimus initia, sic cœtera sequun-  
tur, & vitium in principiis parvum, maximum fit in progressu *Arms. pol.*  
*m. p. 32.* hinc si parens non est bonus, utique non melior erit filius, cum  
potentiæ animi sequantur corporis temperaturam *Galen. lib. d. subst. virt.*  
*animal. cap. 6. l. 1. §. apud Vivianum. l. 4. d. ad. Edict.* qui præsumitur ejus  
esse affectionis cujus pater, *Bald in l. 9. d. senat.* corpus filii imò & ani-  
ma ipsa à patre est, *August. lib. 6. Epist. 28.* ex bono enim bonus, ex malo  
malus nascitur, *Cardan. 3. d. sapient.* natus ex mala progenie præ se fert,  
quod sit malus *dist. 56. cap. 10. cap. venerabilem fin. de Elect.* Hinc ut  
stultitia hereditarius dicitur morbus à patre, *Stobæus serm. 88.* ita mali  
animi pravus innatus est & hereditarius ac metuendus, cum natura  
& ingenium aded sint affinia ut sæpè unum pro alio sumatur *Connan.*  
*lib. 2. com. cap. 1.* filius æquè similis tam in otiis quam virtutibus *Rol. à*  
*Vall. consil. 1. n. 42. lib. 3.* quemadmodum vitis propaginata eadem vitis est  
cum veteri, aded ut licet vitis extingatur, vitis tamè propagata habens  
corpus separatum, dicitur pars veteris, *Castrens. conf. 164. n. 3. lib. 2.*  
probum patrem esse oportet, qui filium suum esse probiorem quam  
ipsum fuerit, postulet, nam non est mirum si patris sit filius *Plaut. in*  
*pseudol. l. quisquis §. 1. C. ad l. lul. Majestatis.*

Darumb was von Natur angeboren /

Das hält ein jeder außerkoren /

Darvon auch keiner leichtlich weicht /

So man ihn anderst lehret vnd zeucht /

Vnd schlägt stets in die vorig Art /

Wie streng man ihn strafft vnd bewahrt /

So singt er doch sein alte Weis /

Was ihn ge'it / ist seine Speis / *Propert. lib. 3. Eleg.*

Ne igitur præsumatur contra aliquem *arg. cap. 1. d. purg. Canon. cum*  
vita antea acta in excusando vel accusando plurimum momenti habeat,  
*text. in l. 3. §. 12. l. 5 §. à barbaris. ff. §. 6. Inst. de remilit.* vita semper in  
melius est mutanda *cap. 18. de pœn.*

#### XLVIII.

Clericis an matrimonia rectè interdicta, quod optima ratione  
refutari & negari potest, 1 quia Deus reliquit matrimonia libera, E.  
nulli



33

Nulli hominum licet prohibere, *Paul. 1. ad Timoth. 4. vers. 3.* ubi notam hæreticorum dicit esse prohibere nuptias, & *Paul. ad Ebraeos. c. 13. v. 4.* honorabile esse inter omnes conjugium pronunciat, E. etiam inter sacerdotes, & *idem Paul. 1. Cor. 9. v. 5. testatur*, nullius quamvis excellentis functionis sanctitate indignum esse conjugium, nam eos non solum habuisse uxores, sed etiam circumduxisse testatur, hinc cum Nicenum Concilium legem ferre vellet, ne liceret Clericis, cum uxoribus dormire, surrexit *Paphnutius Confessor*, & contradixit, & Synodus tota in ejus sententiam ivit, & continentiam ab uxore in cujusque arbitrio reliquit, latè *Iohan. Calvin. Inst. Rel. Christ. lib. 4. c. 12. sect. 23. usque ad fin. cap.* Apostolus insuper omnibus præcipit, qui donum continentiae non habent, ut uxores ducant, *1. Cor. 7. v. 2.* At multos ex sacerdotibus donum continentiae non habere, exinde facile constat, quod cum *Beatus Gregorius Magnus Papa* aliquando suo quodam decreto uxores sacerdotibus ademerit, deinde paulò post jussisset ex piscina sua pisces aliquot capi piscatores vero pro piscibus sex millia capitum infantum suffocatorum invenissent, quam eadem infantum tamen ex occultis fornicationibus vel adulteriis sacerdotum natum esse, perspectum haberet continuo revocavit decretum, & peccatum suum dignis poenitentiae fructibus purgavit, malè igitur *Bellarminus*, qui certo loco docet, sacerdotes uxoratos ab arboribus suspendi debere, meretur matrimonia igitur eorum accusationem non incurrerent, *dist. 26. c. 3. dist. 30. c. 4. 12. dist. 28. c. 15. dist. 31. cap. 8. c. 13.*

XLIX.

Utrum jure Civili incestuosis, & nefariis filiis, alimenta ministrare prohibitum sit, sunt quidam qui affirmant, ex ratione *Nov. 89. c. fin. Nov. 74. c. fin. Auth. ex complexu C. de incest. & inutil. Nupt. ibiq; Gothofr. lit. N. O. P. & Bald.* qui planè incestuosis alimenta denegat, nulla juris Canonici æquitate admilla. *Carpz. decis. 164. n. 3. 4.* mihi tamen negantium opinio idèd magis arridet, quia jus Civile neque disposuit illud, neque disponere potuit *l. 8. de R. l. l. 5. §. 1. de agnos. & alend. lib. 1. un. §. 8. C. de rei uxor. act.* nam liberi nihil deliquerunt, & si virtutem piè sectantur, Deo non minus quam hominibus placent, *causa 32 q. 4. c. 8.* nasci enim de adulterio non est ejus culpa qui nascitur, sed illius qui generat, *dist. 56. cap. 5. pr. non refragatur Nov. 89. c. ult. unde desumpta est Auth. ex complexu C. de incest. & inutil. Nupt.* ea quippe patrem non co-

D 3

git,



git, haud prohibet tamē alere volentem, potest pater filios si libuerit, alere, neq; committet in legem quæ non prohibuit alere, sed permisit non alere, *Gregor. Lopez. lib. sing. animadvers. c. 32. n. 10.* Aliud igitur est, alimenta non decernere, *de quod. Nov. 89. c. ult.* aliud longè est prohibere, ne incestuosi alantur, prius licuit, posterius minimè, alii ut dissidium inter jus Civil & Canon componant, distinguunt inter fora, ita ut *Constit. Nov. 89. c. fin.* in terris Imperii, sed *cap. cum haberet, de eo qui dux. in matrim.* in terris Ecclesiæ obtineat, *Surdus, tamen remota hac distinctione, de alim. tit. 1. q. 10. Martin. Coler. lib. 1. de aliment. c. 3. n. 8. & seq. Covarruv. p. 2. de spons. c. 8. § 6. n. 8. Gail. 2. obs. 88. n. 4. Kübach. cent. 2. quest. III. decur. 4. q. 5.* ex æquitate Canonica etiam in terris Imperii incestuosos & nefarios alendos esse asseverant, quorum sententiæ & me lubens submitto.

L.

Et tandem, nec Matri, in ultimo vitæ articulo adserenti, filium certum ex suis, non esse natum, ex marito, credendum esse statuo, cum ob rationem *Constit. Crimin. art. 25. l. nullus, l. omnis C. de testibus, l. 3. § 1. ad Sctum Sillan.* tum quod parentes contra liberos testimonium ferentes non sint audiendi, *l. 6. C. de testibus.*

*Hic mihi hac vice pausa,*

Jam Ergo.

Incolæ orbis mecum ab ortu

Solis ultimum ad cubile,

Eja Domino psallite

Eja Domino jubilate?

Nomen ejus, Numen ejus,

Ferte ad astra laudibus.

*Ps. 66.*



COROLLARIA.

EX JURE CIVILI.

I.

**T**estamentum ad pias causas vel tempore pestis ordinatum, valere asserimus, etiamsi is numerus testium non sit adhibuitus, qui alioquin in Paganico testamento necessario requiritur.

An

An Testator sanae mentis eo tempore, quo testamentum suum componit, an vero eo tempore, quo ex vita migrat, esse debeat, quaestio est, Nos cum mentis & rationis compotem esse oportere eo tempore statuimus, quo testamentum fecit.

## III.

Fidejussor ad usuras tardius soluta pecunia, non tenetur, nisi specialiter de eo conventum sit, vel in omnem causam se fidejussor obligaverit.

## IV.

Obligatio illa obstagii, inter Germanos Nobiles recepta, qua nisi principalis debitor intra constitutum tempus solvat, ad certum se venturos locum, nec inde discessuros, donec solutio fiat, fidejussores promittunt, die Leistung genant, hoc jure reprobatur.

## V.

Quid si Testis in itinere à latronibus vel piratis in quos incidit, exspoliatus fuerit, queritur an producens teneatur ad damnum quod testis passus est, resarciendum, quod negandum mihi viderur.

## VI.

Integra vocis omissionem nec vitare scripturam, nec litera defectum de jure Civili nocere, satis constat.

## VII.

Malitiam ex vultu hominis colligi posse, & faciem nonnunquam cor hominis prodere, puto.

## VIII.

Malam consuetudinem, aliquando hoc jure bonam dici asserimus.

## IX.

Pater filiam sine consensu suo nubentem alteri, dotare non tenetur.

## X.

Aegrotorum curam magnam gerunt jura, unde qui eos non curant, hereditatem amittunt, quasi indigni. quod &

## EX JURE CANONICO.

## XI.

Jus Canonicum observat, dum Podagra & toti homini medicinam praescribit.

## XII.

Nec quis culpandus venit, qui meretricem ducit, sed potius laudandus;

## XIII.

Quorundam locorum consuetudo, ubi prima nocte viro cum uxore concumbere non licet, hoc jure approbatur, & ut in virginitate permaneat, praecipitur.

Pater

*Pater proprium infantem baptizare potest.*

*Nec plures ad suscipiendum de Baptismo infantem hoc jure admittuntur, quam unus, vel ad summum Vir & Mulier.*

*Virginitas semel deflorata, restitui non potest.*

*Suspensus, ad Ecclesias, deferendus, & sepeliendus.*

*Terra ne mortuis vendatur, vel pro sepulturis ut quicquam accipiat, hoc jure interdicitur.*

*Ex Iuramento promissorio jure Canonico non nascitur actio.*

#### EX JURE FEUDALI.

**D**E jure Feudali communi, quo feudo in quo vasallus adificia aliqua suis expensis de novo extruxit, aut forte vetusta ornatiores fecit & meliora reddidit, aperto, Dominus feudi, heredibus vasalli ad estimationem tenetur, quod si facere nolit, ab heredibus amoliri possunt.

*Vicarii vacante Imperio de Imperii feudis investiunt, Principum saltem & quae Sabnen & Ehen vocantur, exceptis;*

*Vasallus pro, & contra suum Dominum potest esse testis.*

*Vasallus conscius conspirationis factae in Dominum eam detegere omnino debet.*

#### EX JURE PUBLICO.

**A**N Legatus prater & extra mandati sui terminos aliquid facere possit, quod nos sub distinctione affirmamus.

*An ad legationem feliciter obeundam, mandatum in scripturam redactum Civitatum legatis sit necessarium, an verò simplici ipsorum adsertioni credendum, quod posterius licet usu receptum esse putet, Autor des an öffentlichen Berichtes wie es vff Reichstagen/ cap. 2. circa fin. nos tamen legitimationem scriptam secundum Marant. p. 4. n. 38. requiri asserimus.*

F I N I S.

1077

**ULB Halle** 3  
003 252 035  


Sb.







J. C.  
**JURIDICA**  
**RALIS 1658, 2**  
**ENS**  
**TURIAM**  
**IM SELE-**  
**IRE DIVINO,**  
**NICO, CIVILI,**  
**O DESUMPTAM, Dis. xx**  
**TE GRATIA**  
**AUTHORITATE**  
**NOBILISSIMI**  
**IS IN PERVETUSTA**  
**IA HEIDELBERGENSI**  
**CINIO**  
**DAVIDIS**  
**NIS,**  
**AC PROFESSORIS**  
**ACADEMIÆ PRO-**  
**ATQUE PROMOTORIS**  
**ANDI,**  
**QUE JURE HONORIBUS,**  
**S DOCTORALIBUS,**  
 Auditorio Ictorum subicit,  
 nuar.  
**DUS HEDINGERUS,**  
**ZABERGOICUS.**  
**ER G Æ,**  
 Typogr. Anno M. DC. LVIII.  
*Car. H. Vorio. Inc.*

91.  
 23

